

Conradus de Jungingen magister ordinis Cru:  
ciferorum, fatetur se ternas literas ad oppi:  
gnorationem terre Dobnensis pertinentes, à rege  
Wladislao recepisse.

Trater Conradus de Jungingen ordinis beate Ma:  
ria Ierosolimitanę magister generalis, recognosci:  
mus tenore presentium quibus capedit univer:  
sis, quod serenissimus princeps Dominus Wladi:  
slaus Dei gratia rex Polonia tres literas obliga:  
tionis, per predecessorem nostrum fratrem Conra:  
dum de Wallenrode magistrum generalem ordi:  
nis supradicti, super terra Dobnensi, illustri  
principi Domino Ladislao duci quondam Oppoli:  
ensi datas summas pecuniarum, in quibus præ:  
dicta terra Dobnensis, nobis per eundem Dominum  
Ladislauum ducem Oppoliensem fuerat obligata,  
in se continentes, que iuxta tractatus in conven:  
tione in insula prope castrum Raczans Wladi:  
slaviensis Dyocesis habitos, per consiliarios eius:  
dem domini Wladislai regis Polonia etc: ex una;  
et nostros parte ex altera, circa redemptionem ipsi:  
us terre Dobnensis, reddi debuerant, iam de facto  
nobis et nostro ordini sunt restituta, per eundem  
dominum Wladislauum regem, et efficaciter assi:  
gnata, de quarum assignatione eundem domi:  
num Wladislauum et successores eius ac regnum  
Polonia, quittos reddimus et solutos, tenore præ:  
sentium mediante. In cuius rei testimonium  
sigillum nostrum presentibus est appensum.  
Datum in castro nostro Thorun feria tertia  
proxima



proxima post festum sancte Trinitatis, anno Do:  
mini millesimo quadringentesimo quarto.

Ta kopia prepisana z oryginalu par:  
gaminowego, Dnia 21. Grudnia 1782.

Roku. U dotu na zawiaza pergaminu:  
wey wisi pierze, w niy na tarocy  
Orzet wyisniony. Napis w loto pi:  
czki taki: S. fratris Conradi de Jun:  
gingen magistri generalis.